



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXXVI. Unio nonnullorum Castrorum facta civitati Bononiae per
Bonifacium IX. an potuerit revocari per Legatum de Latere ex causa
rebellionis ejusdem Civitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LXXXVI.

Unio nonnullorum Castrorum facta civitati Bononiae per Bonifacium IX. an potuerit revocari per Legatum de Latere ex causa rebellionis ejusdem Civitatis.

Eminentiss. Ubaldo.

Inter recent.
deci. 71.
par. 5.

Bononien. Exemptionis.

Veneris 21. Maii 1627.

SUMMARIUM.

- 1 Legatus de Latere, an possit derogare unioni facta per Pontificem.
- 2 Subditi tenentur servire Domino, & ideo non necessaria recognitio. Subditi, quando prestent aliqua servitia ampla, tunc si eis fiat aliqua remuneratio, non est inconveniens n. 2.
- 3 Concessio, per quam fit reditus ad jus primævum, est favorabilis.
- 4 Civitas per rebellionem amittit omnia privilegia & iura quæ sita.
- 5 Assertioni Legati statuitur, quando non agitur de revocando contractu, sed de revocanda unione gratiosa.
- 6 Mandatum in antiquis presumitur adfuisse, amplia ut num. 7.
- 8 Concessionis quas aliquis confirmat, & de una tantum apparet, illa dicitur confirmata tantum.
- 9 Concilium Constantiense de dismembrationibus quando habeat locum.

Fuit in hac causa resolutum die 29. Novembris 1624. coram bon. mem. Buratino constare de dismembratione Cardinalis Colciæ, eamque suffragari communitatibus Medicinæ, Ganzanighæ, & Villæ Fontanæ, & hanc decisionem hodie utraque parte informante corâ me, DD. dixerunt esse confirmandâ. Et moti sunt quia licet supradicta castra fuissent jam unita civitati Bonon. per Bonifaciû IX. de An. 1393. attamē benē potuit d. Card. tunc temporis Legatus de Latere derogare unioni Pontificis,

Aaa 2

1. ficis, & facere supradictam dismembrationem, propter amplam servitiam Sedi Apostolicæ communitates præstitam in recuperatione civitatis Bononiæ, quæ ab eadem Sede defecerat. *Gambar. de offic. leg. delat. lib. 2. tit. de variis ordin. numer. 154. in fine & l. cu. de potest. legati in uniuersum. num. 153. & seqq. Mandos. super reg. 19. quæst. 19. numer. 16. Roman. consil. 428. in fine.*
2. Non obstat, quod subditi teneantur servire Domino, & ideo non esset necessitas prædicta remuneratio, quia cum servitia non fuerint ordinaria, sed amplia, ut habetur in d. dismembratione, quæ datur in *Summario communitatum*, numer. 1. non fuit inconueniens dicta remuneratio, juxta la. è tradita in his terminis per *Melnoch. consil. 1003. num. 71. versiculo respondetur*, & sequentibus lib. 11. idque præsertim cum per hanc dismembrationem non fuerit aliquod præjudicium allatum Sedi Apostolicæ, cui communitates immediatè remanserunt subiectæ, & solum redierunt ad jus primævum, prout erant ante D. Bonifacii unionem, quod est favorabile, & sic iste reditus fieri solet. *glor. in capit. statutum de prebend. in sexto, in verb. numerandum, circa med. Mandos. super D. reg. 9. 19. num. 12.* Idque maxime procedit, cum civitas Bononiæ per præcedentem rebellionem, jam amisisset omnia privilegia, & jura sibi acquisita. *l. Quisquis ubi omnes, C. ad leg. Jul. Majest. & l. final. ff. eod. Affid. in uniuersum, quæ sunt regal. in verb. & bona communitatum, num. 14. Gig. de crim. les. Majest. q. 2. num. 1. & seq. & quæst. 25. num. 2. & seq. lib. 2. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 40. num. 16. & seqq. Peregrin. de iure Fisc. lib. 3. tit. 1. 8. num. 6.*
3. Non obstat, quod circa causam d. dismembrationis non sit standum assertioni legati super hujusmodi servitiis, & rebellionem; tum quia de hac rebellionem extititiam *decis. Crescent. 7. de probat.* Tum quia cum non agatur de revocando contractu, sed de revocanda unione gratiosa, statum hujusmodi assertioni, maxime concurrentibus adminiculis, *Crescent. d. dec. 7. in princ.* In casu autem nostro pro corroboratione supradictæ assertionis, & supradictæ dismembrationis cõcurrit explicita civitatis Bononiæ confessio, & approbatio, mediante decreto factò per DD. Antianos, & Venerabilium representantes populum Bononiæ, qui visis Capitulis cum decreto Authentico communitatibus concessio per Cardinalem, ex auctoritate sibi tributa in generali Concilio sexcentorum populi gratias, exemptiones, confirmationes, privilegia, & immunitates unanimiter concesserunt ac promiserunt.
4. Non obstat quod Antiani non possent populo Bononiæ præjudicare sine speciali mandato, quia cum ibidem enunciatur facultas, & simus in antiquis, mandatum præsumitur adfuisse. *Purpur. in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden. Cagnol. in l. coll. nu. 19. ff. de regulis juris, Bald. consil. 337. columna penult. volum. 1. Dec. cons. 36. n. 7. Cassad. dec. 1. de procurat. & in puncto extat. d. decis. Crescent. 7. n. 4.* idque præsertim cum fuerint postea Capitula in Archivio publico civitatis reperta, ad notas in authent. ad hoc, C. de fide instrum. & bene considerat d. decis. Cresc. 7. num. 5.
6. Non
- 7.

Non obstat, quod Capitula necessariò non concludant approbationem istius dismembrationis, cum possint ad alia referri, quia cum non appareat, aliam concessio- nem fecisse Cardinalem Cosciam, præter d. dismembrationem, confirmatio, & ap- probatio est ad illam referenda, ut tradit Bart. conf. 196. n. 5. lib. 1. Menoch. conf. 106. num. 166. lib. 2.

Non obstat, quod in Concilio Constantiensi fuerint annullatæ omnes dismem- brationes, quia placuit responsio, quod ista dismembratio non fuit facta à Cardinali Coscia, uti Pontifice, quæ propterea non videtur comprehensa in d. revocatione, quæ loquitur de concessionibus factis ab iis, qui se gererent pro Pontificibus, vel es- sent verè Pontifices, ut habetur in dec. 355. n. 3. par. 2. in recent. & quod ista non fuerit revocata, suadet ex observantia subsequuta, & ex eo, quod per talem revocatio- nem inferetur præjudicium Ecclesie Romanæ, cui communitates, per d. dismembra- tionem remanent immediatè subjectæ, quale præjudicium non est credendum, ali- quo modo voluisse Patres Concilii.

Et ita decisum.

DECISIO LXXXVII.

Legatus de latere quam potestatem habeat in revo- candis unionibus & privilegiis à Papa concessis.

Eminentiss. Ubaldo.

Majoricen. jurisdictionis.

In recent.
Decis. 1191.
par. 5.

Luna 15. Maii 1628.

S U M M A R I U M.

- | | |
|---|--|
| 1. Legatus de latere potest dissolvere uniones pontificias, & dismembrare, subsistente iustâ causâ. | statuere potest. |
| 2. Legatus de latere, etiam contra jus com- mune | 3. Privilegio abutens, illo debet privari. |
| | 4. Civitas per rebellionem amittit omnia jura, & privilegia, per prius quæ sita. |
| | Aaa 3 |
| | 5 Va- |